

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. XI. & XII. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. XI. & XII. Additio.

AN valeat exemptione non appositâ clausulâ, non obstantibus &c. claris distinc-
tione sic: aut agitur de derogando juri legis, & tunc siquidem illa lex vel com-
petentia habet in le derogatoriam ad contraria, facienda est illius mentio in
privilegio exemptionis. *Felin. in cap. nonnulli, numer. 11. vers. limita primo. de rescript.*
Meloch. conf. 46. num. 56. lib. 1. & hujus rei exemplum est in c. *Nuper de decimis cuius*
temper facienda est specialis derogatio, quando conceditur privilegium exemptione
*mis à solutioone decimarum de terris, ex quibus decima prius solvabantur, ut in pun-*to dixit Rota decis. 341. numer. 2. par. 1. Et decis. 42. numer. 9. p. 7. eadem ratione privi-*
legia exemptionis à præstatione quartæ funeralium non suffragantur, nisi specialiter
derogarum fuerit Clementina dudum de sepult. Barboja de paroch. cap. 24. num. 8. Rot.
dec. 501. num. 10. par. 13. recent. si vero lex aut constitutio nostra habet derogatoriam ad
contraria, valeret privilegium contra illam etiam sine alia mentione, quia haec est na-
tura privilegii ut sit contra ius. *Felin. in d. C. nonnulli numer. 11. de rescript. Hestien. in*
*summ. de rescript. sed potest distinguere num. 13.**

Aut vero agitur de derogando juri hominis, & facienda est distinctione inter gratiam
de suauitate præjudiciale, & non præjudiciale ut hoc posteriori casu necessaria sit de-
rogatio expressa juris tertio queinti. *Savnen. in reg. de iure quaf. q. 15. in fine, priori vero*
casu nulla sit opus derogatione, ex quo Princeps cogitare potuit gratiam seu privilegium
rum alicui persona certe prædicaturum. Gratian. discept. forens. cap. 992. numer. 7.
*Rota decis. 114. numer. 11. par. 6. & in specie de privilegiis unionum, exemptionum, e-
xemptionum, & similibus Seraph. decis. 1445 numer. 6. & in puncto privilegii exem-
ptionis à portione canonica, & à decimis antiquis extat decis. Cassadori. 1. sub ii. de*
privil. Et in recent. decis. 103. par. 7. & de exemptione in genere decis. 157. par. 6.



Bb 2

DE-